

berg
1679

370
1926 K 944 [626]
DE
C V P I D I T A T E W * * I
IN SVA DENDO SYMBOLO
PHILOSOPHICO.

144.
EXERCITATIO

PHILOSOPHICO - THEOLOGICA

QVAM

VNVS E SOCIETATE CATECHETICA

S V B P R A E S I D I O .

D. MICHAELIS WEBERI

THEOLOG. PROF. PVBL. ORDINARII

STIPENDIAT. ELECTOR. EPHORI

IN ACADEM. VITEBERG.

FLORENTE

PROPONIT AVCTOR

CAROLVS CHRISTIANVS PFOTENHAVER

HERZBERGA - SAXO

THEOLOGIAE CVLTOR.

V I T E B E R G A E

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.

4489

DE
CAPIDITATE M***I
IN SAVARDINO EAMBOTO
PHILOSOPHICO.

EXERCITATIO
PHILOSOPHICO - THEOLOGICO
GAYA
LITERIS SOCIESTATE CATHCHRITICO
SAR. PAPERARIO

D MICHAELIS WEBERI
THEODORI RICCIUS FABER ORDINARI
TESTAMENTARI, PATRICK PHONI
IN AGODAM ALTEBRIGE
BOSTINTY
TESTAMENTARY
GEORG CHRISTIANUS HOMMIVALL
TESTAMENTARY - GAYA
THEODORICUS GÖTTNER
VATTA
TESTAMENTARY - GAYA

V I R O

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO
CHRISTOPHORO GOTTLLOB

DE BVRGSDORF

PRAESIDI SAXONIAE SACRAE SVMMO
LITTERARVM HUMANARVM DIVINA-
RVMQVE EXISTIMATORI INTEL-
LIGENTISSIMO, FAVTORI PRAE-
CLARISSIMO, ALTORI
LIBERALISSIMO

PATRONO OPTIMO MAXIMO

HANC SCRIPTIVNCVLAM QVALEMCVNQVE

SVMMA PIETATE

D.

SEQVE

DE MELIORE NOTA COMMENDAT

A V C T O R.

A I R O

BRUNNENSI AC CANTORISMO

CHRISTIANO GOTTFRI

DE BARGSDORF

SCHEIDELI SIMONI AC SACRAE SAMMO

THEATRUM ACADEMICUM DIVIN

YACOBUS FRIEDRICHSTADT

CHRISTIANUS TATTONIUS

CHRISTIANUS ALDORI

CHRISTIANUS

CHRISTIANUS MAXIM

INC SCIENTIA ET MUNIMENTA GLORIACANDA

ET SCIENTIA MUNIMENTA

D

SCIPION

EX LIBRIS E. G. COOPER

SCIPION

VIR PERILLVSTRIS ATQVE
GENEROSSISSIME
DOMINE INDVLGENTISSIONE,

Cum constet inter omnes, quantum in
TE sanctioris ciuitatis Saxonicae sit
studium, quanta prudentia, ne quid
illa detimenti capiat, quanta cura, ut flo-
reat magis magisque, quanta denique hu-
manitas, lenitas, clementia, liberalitas erga
omnes, qui literis bonis operam dant, ac
doctrinae morumque castitati student, hoc
est, illud TVVM exemplum, et si non con-
sequi, sequi tamen conantur: non potui,
quin in publicae laetitiae communionem ve-
nire, ac pro TVA, vel, quod unum idem-
que est, pro patriae atque ecclesiae salute
vota maxime pia nuncuparem. Quid?
quod splendidissimarum TVARVM virtu-
tum, VIR PERILLVSTRIS, cogi-
tatio animum addidit verecundiac meae tan-
tum, ut hasce quascunque studiorum meo-

rum academicorum primitias **TVO** potissimum Nomi*n* summa cum animi submissione dedicare non dubitarem. Quantulumcunque autem huius fuerit opellae pretium, non me deficit saltiem firmum propositum, in diligentiae, modestiae omnisque virtutis trahite, a quo, quantum equidem sciam, nullo adhuc tempore deflexi, in posterum quoque strenue pergendi, et utramque fortunam moderate perferendi. Quod reliquum est, omni, qua fas est, pietate ac reverentia rogo atque obsecro, ut patrocinio **TVO** et honorificentissimo et utilissimo exoptatissimoque me non plane iudices indignum,

NOMINIS **TVI PERILLVSTRIS**

Vitebergae
d. V. Id. Anguli
cl II CCLXXXIX.

cultorem subiectissimum
CAROLVM CHRISTIANVM PFOTENHAVERVM.



In controversiis grauioribus, quae nostra memoria a viris eruditis denuo agitatae sunt, ea, quam de symbolorum ecclesiae nostrae auctoritate mouerunt, in primis digna esse videtur, quae paulo accuratius excutiatur, ac, si fieri quidem possit, tandem aliquando dirimatur. Si enim dubitatio ne caret, quod vulgo clamant, symbolorum eam esse naturam, ut omnis cogitandi et sentiendi libertas tollatur, fides nostra non ab auctoritate diuina, sed humana, non ab idoneis rationibus, sed a vi exteriore et coactione pendeat, studiumque religionem purgandi non excitetur, sed supprimatur; quid iuuat, iugum istud onustum, a quo natura humana in vehementiore libertatis sensu maxime abhorret, diutius perferre, summoque cum taedio amplius trahere? Abiciamus libros symbolicos, nec sacramento ecclesiastico religioni symbolicae adstringi nos patiamur. Sin autem symbolorum vis



non nisi in eo cernitur, ut docendi scribendiue *licentia* coērceatur, ac religionis summa a doctoribus, qui vel hanc vel illam formulam professi sunt, ei ipsi formulae conuenienter tradatur; quorsum ista clamorum vanitas et cum umbra pugnandi libido?

Quamquam equidem mihi non sumo, item illam grauissimam ita componere, vt quiuis facile in sententia mea acquiescat, hoc est, negotio perfungi, quod eximum iudicij acumen magnumque doctrinae apparatus requirat; tamen, viros doctos, qui illa de re in vtramque partem scriperint ac disputerint, cupiditatis subinde accusandos esse, in ipsa ingeniali angustia iudiciique tenuitate satis intellexisse mihi videor. Cuius quidem cupiditatis exemplum admodum insigne reperi nuper in libello menstruo, qui germanice *deutscher Merkur* inscribitur, mense Iul. 1788. pag. 3—28. vbi ab Anonymo W**o, omni religione christianorum symbolica explosa, symbolum aliquod philosophicum constituitur. Quo eleganter est viri illius doctrina, quo maior ingenii vis, quo suauior sermonis libertas: eo magis caudum iudico, ne subtilitatis specie atque orationis fuso decepti de symbolorum ecclesiae nostrae auctoritate inique statuamus. Atque hoc idem fuit, quod me impelleret, vt, hac scribendi opportunitate obla-

oblata, reperta cupiditatis in symbolo illo philosophico vestigia diligenter colligerem et haec scripti uncula comprehendenderem. Quod cum fieri non possit, nisi illud ipsum symbolum fuerit expositum, agite, quæsio, letores, cognoscite ipsa auctoris verba, quæ potissimum hoc pertinere videntur:

„Der Glaube an Gott (pag. 27. seq.) nicht nur als an die erste Grundursache alter Dinge, sondern auch als unumschränkten und höchsten Gesetzgeber Regenten und Richter der Menschen, macht, nebst dem Glauben an einen künftigen Zustand nach dem Tode, die ersten Grundartikel der Religion aus. Diesen Glauben auf alle mögliche Weise zu bekräftigen und zu unterstützen, ist eines der würdigsten, nützlichsten Geschäfte der Philosophie, ist, in Rücksicht der Unentbehrlichkeit derselben, sogar Pflicht: ihn anzufechten, und durch alle Arten von Zweifeln und Scheingründen in den Gemüthern der Menschen wankend zu machen oder gar umzustoßen, kann nicht nur zu gar nichts helfen, sondern ist auch im Grunde um nichts besser, als ein öffentlicher Angriff auf die Grundverfassung des Staates, wovon die Religion einen wesentlichen Theil ausmacht, und auf die öffentliche Ruhe und Sicherheit, deren Stütze sie ist. — Ich trage also kein Bedenken, meinen un-

mässgeblichen Rath an den König oder Fürsten, der mich, (wider alles Vermuthen) nach 50 Jahren etwa über diese Dinge um Rath fragen sollte, noch diesen Artikel hinzuzusetzen:

Daß das ungerechte und ärgerliche Disputiren gegen das Daseyn Gottes oder gegen die angenommenen Beweise desselben, wenn man keine bessern zu geben hat, ingleichen das öffentliche Befreiten der Lehre von der Unsterblichkeit der Seele für ein Attentat gegen die Menschheit und gegen die bürgerliche Gesellschaft erklärt, und durch ein ausdrückliches Strafgesetz verboten werden sollte. Die Philosophie hat nützlichere Dinge zu thun, als die Scharfe ihrer Werkzeuge an den Grundpfeilern der moralischen Ordnung, und an dem, was zu allen Zeiten der Trost und die Hoffnung der besten Menschen gewesen ist, zu probiren, und der Philosoph ist kaum dieses Namens werth, der nicht bedenkt, daß gegen einen Menschen, der der Religion ohne Nachtheil seiner Moralität und Gemüthsruhe entbehren kann, zehntausend find, die, wenn sie auch ihren edelsten Zweck an ihnen verfehlt, doch ohne den Zaum, den sie ihnen anlegt, schlummert, und ohne die Hoffnung, so sie ihnen giebt, unglücklicher seyn würden, als sie sind.

Duo

11

Duo igitur continet capita symbolum illud philosophicum, cum sanctione quidem:
1) Deus est, isque auctor omnium rerum, legislator nullius imperio subiectus ac summus, gubernator et index hominum. 2) Alia est post mortem vita, animus est immortalis. Haec capita qui vila ratione palam impugnat, hominumque persuasionem de illorum decretorum veritate infirmare, animisque adeo eripere studet, is pro hoste generis humani ac ciuitatis habetur, atque a magistratu poena affictior lege nominatim sancita. — Tantum abest, ut hoc symbolum, quamvis breve, cum Atheo isto, auctore libri famosi (Erweis des himmelweiten Unterschieds der Moral von der Religion, nebst genauer Bestimmung der Begriffe von Theologie, Religion, Kirche und protestantischen Hierarchie und des Verhältnisses dieser Dinge zur Moral und zum Staate, von einem unerschrockenem Wahrheitsfreunde. Frankfurt und Leipzig 1788.) qui omnem omnino religionem, ipsam adeo Bahrdianam, veluti superstitionem stultissimam ridet, spernendum putem: ut, ratione ita iubente, ex animi sententia comprobem, lubentissime que accipiam. Miror autem vehementer, quod vir doctus, qui in eodem illo libello de religione symbolica parum honorifice iudicat, ipse symbolum philosophicum condere

~~12~~
dere audeat; seque hoc in genere cupiditas aperte reum faciat, idque quinque modis:

I. Disputat pluribus contra symbolorum christianorum auctoritatem ex eo, quod homines, omni libertatis vsu sublato, ad amplectendam aliquam fidei formulam necessitate compellantur, more quidem satis vulgaris et tralatitio; neque vero se hac ipsa disputatione sibi aduerfari cogitat. Si enim religio symbolica ita comparata est, ut menti humanae necessario vis inferatur, et cogitandi sentiendique libertas opprimatur, eamque ipsam ob causam tolli debet eiusmodi religio, profusque abiici; nonne de symbolo illo philosophico idem valet? Num forte decretorum illorum veritas via mathematica demonstrari potest? Num ~~ad~~ certas certa sunt duo illa placita, adeo, ut nemo de iis dubitare, nedum plane negare ea sustineat? Quorsum igitur opus est symbolo? At hoc quidem nec ipse vult, et historia atque experientia loquitur contra. Quid vero Deum colere iubet eos, qui omnem Dei cultum, vel eum, quem ratio magistra praecipit, pro insania habent, ac sine Dei cultu multo libi feliciores esse videntur? Quid vetat doctrinam de immortalitate animorum in dubitationem adducere eos, qui vel animos esse negant, vel vitam eorum post

13

post discessum e corpore nullam fore existimant, et cum corpore suo interire malunt? „Scilicet non impedio, quo minus aliquis, si ita placet, insaniat, hoc tantum impedire volo, quo minus insania ista diuulgetur, ne plures simili furore corripiantur.“ Audio. Nonne vero christianorum symbolorum conditores idem spectarunt? Nonne, qui eorum auctoritatem etiamnum tuendam censent, idem consilium apud animum sibi propositum habent? „Bene quidem, at duo illa capita sunt tanquam fulcra firmissima omnis virtutis, tranquillitatis et felicitatis. Tolle doctrinam de Deo atque animorum immortalitate; omnem sustuleris virtutem, tranquillitatem, felicitatem, cum publicam, tum priuatam.“ Sed hoc ipsum negant aduersarii, sibique potius persuadent, aliisque persuadere conantur, sine Dei cultu virtutem et esse posse et vere esse meliorem, tranquillitatem firmiorem, et felicitatem cum publicam tum priuatam, maiorem. Legat modo vir doctus, quae Atheus iste in libro famoso satis audacter hac de re iudicauit. Quodsi necesse est ab bene beateque viendum, ut duo illi loci, tanquam fontes omnis virtutis, tranquillitatis ac felicitatis *humanae* omnibus pateant, et symbolo circumscripti ab omnibus conspiciantur; non video, cur reprehendantur christiana*e* religionis cultores,

tores, qui necessarias doctrinae partes, h. e. eas, sine quibus virtus, tranquillitas et felicitas *christiana* stare non potest, vel symbolo concludant, vel conclusas defendant. Si virtus, tranquillitas et felicitas *humana* sine religione *naturali* nulla est; quo tandem modo virtus, tranquillitas et felicitas *christiana* sine religione *christiana* locum habere possunt? Si vero illam sartam teatam feruare, atque ab iniuriis defendere licet, imo fas est; nonne haec eandem sibi curam multo maiori, eodem certe iure vindicare potest? Enigitur *primum*, mea quidem sententia minime obscurum, cupiditatis vestigium.

II. „*Si vel maxime, inquit, (p. 17.) concesserim, necesse fuisse, ut necessaria religionis christiana capita ob crescentem sectatorum multitudinem breui et perspicua verborum formula, quae simul ad tirones instituendos idonea esset, seu symbolo quodam continerentur; variae tamen cogitandi rationes de iis capitibus, de quibus varie cogitari potest, vniuersiusque libertati relinquendae erant.*“ (Christus selbst hat kein Glaubensformular vorgesetzt; sogar das Apostolisch genannte Symbolum ist, seines respektabeln Alters ungeachtet, kein Werk der Apostel; und, wenn ja die immer zunehmende Menge der Bekenner des christlichen Glaubens es nöthig machte, die wesentlichen Punkte, worin

15

inn sie alle übereinstimmten, in einen kurzen und fasslichen Lehrbegrif zu bringen, der zugleich zum Unterricht der Jugend dienen konnte, so musste doch wenigstens die *Vorstellungart* über einen jeden Artikel, der seiner Beschaffenheit nach *verschiedene Vorstellungarten* zuläßt, frey bleiben; oder man müßte (gegen alle Vernunft und gegen alles was in der Lehre Christi allgemein verständlich ist) behaupten, die christliche Religion könne ohne Gewissenszwang und wilkürliche Herrschaft über den menschlichen Verstand nicht bestehen; eine abscheuliche Behauptung, deren niemand fähig seyn kann, in dessen Seele jemals auch nur eine leise Ahnung von dem, was der Sinn und Geist Christi war, gekommen ist. Die *Gemeine* hatte also nie ein Recht, über *Vorstellungarten* zu entscheiden, das was in der Schrift unbestimmt und problematisch ist, zu bestimmen, noch in streitigen Fällen einer von den verschiedenen Meinungen eine ausschließliche Sanktion zu geben: so wie die *Lehrer* nie berechtigt waren, ihre besondern Meinungen und Vorstellungarten für die einzige wahren auszugeben und zu Glaubensartikeln zu machen. Es ist Unsinn, unerklärbare Dinge erklären, unerweisliche Dinge beweisen wollen; aber es ist Unsinn und *Frevet* zugleich, in einem solchen Falle seine

Er-

Erklärung, seinen Beweiss andern als Wahrheit aufzudringen. Den Vorstehern der Gemeinen, oder vielmehr der Obrigkeit kam es zu, solchen Freveln in Zeiten auf eine schickliche Art zu steuern; aber nie und nimmer mehr waren sie berechtigt, oder können sie jemals berechtigt seyn, irgend eine Meinung, die den Grundsätzen der Vernunft und den beyden Hauptartikeln der wahren Religion (d. h. derjenigen, welche die Religion Christi selbst war) nicht offenbar widerspricht, unter verhäfsten Benennungen zu einem Verbrechen zu machen, und als ein solches zu bestrafen.“

Non addidit exempla vir doctus, quibus varios, de quibus loquitur, cogitandi modos illustraret; sed cum eadem cantilena saepius decantetur, eademque querela ab aliis non raro audiatur, nihil tamen minus intelligere mihi videor, quid velit. Vult haud dubie hoc, symbolorum christianorum autores et professores acquiescere debuisse in notionibus vniuersis, velut in eo, Christum dicendum fuisse filium Dei, non autem definiendum, qua ratione filius Dei sit, vrum proprie an impropie; Christum mortuum esse propter salutem hominum, non autem explicandum fuisse modum, quo mors Christi cum salute generis humani coniuncta fit, vrum sit mors vicaria, an exemplaris. Cum iam

17

iam non in eo sim, vt symbola christiana
eorumque conditores et sectatores ex omni
parte defendam, sed in eo tantum versetur
opera mea, vt, quam cupidus partiumque
studiosus fuerit symboli illius philosophici
auctor, lectoribus appearat; nolo in praes-
senti disquirere, vtrum symbolorum chri-
stianorum auctores in notionibus vniuersis
acquiescere potuerint, vel adeo debuerint,
nec ne. Nouum potius cupiditatis vesti-
gium animaduerto, lectoribusque demon-
stro. Si enim in symbolis sufficit $\tau\delta\ \sigma\tau\iota\tau$, ac
 $\tau\delta\ \pi\ddot{\alpha}\tau$ potest atque adeo debet ab iis abesse,
vel, quod idem est, si fidei capita in symbo-
lis non nisi vniuerse proponenda sunt, ita
vt quilibet in vniuersarum notionum ampli-
tudine commode delitescere, ac pro suo
quisque sensu atque arbitrio explicare eas
possit ac definire; qui factum est, vt hanc
ipsam legem in symbolo suo philosophico
negligeret, nec, notiones vniuersas propo-
nere, satis haberet? Non enim hoc solum
constituit, Deum esse, sed definit quoque
Dei naturam, eumque pro auctore omnium
rerum, pro legislatore nullius imperio ad-
stricto ac summo, pro gubernatore et iudi-
ce hominum vult haberi; cum capita ista
singula et a prisci aeui hominibus iisque mi-
nime insipientibus aut indoctis iterum ite-
rumque sint impugnata et etiamnum passim

B

grau-

grauiter vexentur. Quia quidem in re alia etiam ratione sibi non constat. Pagina enim 21. non dubitat profiteri, quaestiones de Dei natura, virtutibus, consiliis et factis, plane inutiles esse, Deumque in sacris literis tale quid nuspiam postulasse vel probasse.

— „Dass wir unsern Glauben nicht durch Bekenntnisse und Formulare, sondern durch unsere Werke zu zeigen angewiesen sind, dass Gott an unserm albernen Geschwätz, was es sey oder nicht sey, an unserm kindischen Lallen über sein Wesen, seine Eigenschaften, seine Würkungen, seine Absichten, seine Oeconomie, und was er wolle oder nicht wolle, könne oder nicht könne u. s. w. in der heil. Schrift nirgends sein Wohlgefallen bezeugt u. s. w.“ Si igitur stultum atque inutile est, de Dei natura, virtutibus, consiliis et factis quaerere; quid igitur est, quod in primo symboli philosophici capite non hanc notionem vniuersam ponat. Deus est, sed naturam quoque eius definit? Quodsi vero non sufficit Deum habere, sed nosse etiam oportet, qualis sit habendus; quo, quaeſo, iure irridet symbolorum christianorum auctores, qui, cum putarent, notiones de Christo eiusque morte definitas maiorem vim habere ad virtutem, tranquillitatem et felicitatem christianam, quam parum definitas, illas ipsas perspicue et insigni- te

te exprimerent, et Christum, vt iisdem illis utr exemplis, tanquam unicum Dei filium, qui cum Deo patre eandum habet naturam et maiestatem, eiusque mortem tanquam vicariam proponerent? Profecto, si quid video, etiam hac ex parte a cupiditatis criminis symboli philosophici auctor non potest liberari.

III. Pagina 23. suadet principibus, vt religionis doctoribus eruditis plenam concedant potestatem docendi, quidquid velint, suamque persuasionem de vero et falso, veluti normam symbolicam, vnicce sequendi. („Mein unmalsgeblicher Rath, — wenn ich einen zu geben hätte — würde blos dahin gehen: *Gelehrten und helldenkenden Männern, besonders unter denen, die zum Lehramte öffentlich berufen sind, eine durch keine willkürliche oder alte nicht mehr passende Gesetze eingeschränkte Freyheit zu lassen, die Religionslehren ihrer Einsicht und Ueberzeugung gemäß vorzutragen.*“) Nonne vero religionis christianaec doctores tali potestate aequem male vti possunt ac philosophiae magistri? Nonne licentia doctoris religionis christianaec, nisi magis, certe pariter nocet? Quid igitur est, quod eandem potestatem philosophiae et religionis naturalis doctoribus concedi nolit? Cupida sane ista liberalitas.

B 2

Quod

Quod enim philosophos recte dicit studium suum utilius collocare posse, ac vix dignos esse philosophorum nomine, qui quovis modo labefactare atque eripere studeant hominibus ea, a quibus omnis eorum virtus, tranquillitas et spes suspensa sit, id in doctores religionis christianaee pari iure transferendum videtur.

IV. Eodem illo loco et hoc consilii dat Principibus, ut edictio vetent, aliquem veterum, qui in haereticorum catalogo reperiatur, quicunque demum sit, haeretici nomine appellari, atque aliquem recentiorum nostraque aetate viuentium vel veteris sic dici haeretici nomine, vel novo quodam insigniri; ac violentibus illud edictum poenas minentur grauissimas. „Mein unmafsgeblicher Rath — würde dahin gehen: — die Application aller und jeder bereits erfundenen Ketzernamen auf irgend einen *Letztlebenden*, und die *Erfindung neuer Ketzernamen* öffentlich bey schwerer Strafe zu verbieten, nicht zu erlauben, daß irgend ein sogenannter Ketzer der vergangenen Zeiten, wegen seiner Abweichung von dem, was in den Kirchenversammlungen *als die wahre Lehre über die geheimnißvollen und unverklärbaren Artikel des christlichen Glaubens* festgesetzt worden, auf Lehrstühlen oder in Schriften als

als ein *Feind Gottes und Iesu Christi* traktiret,
oder mit andern verhassten Benennungen
belegt werde, die in dem christlichen Vol-
ke die Meinung erwecken müssen, als ob es
Sünde und Verbrechen sey, sich in Religions-
sachen zu *irren*, oder anders zu denken als
wir.“ Num vero Principi licet veritati hi-
storicae imperare? Ergone scapham sca-
pham appellare nefas est? Christus, qui
humanitatē ac lenitate in iudicando de
alīis tantopere vrget, suoq[ue] exemplo egre-
gie comprobauit, non vetat Matth. VII, 6.
canes pro canibus, porcos pro porcis habe-
re. Vnde igitur Princepi hoc vetare liceat?
Concedo quidem libenter, et constat inter
omnes, multos viros probos ac recte sen-
tientes ab improbis et peruerse sentienti-
bus haereseos crimine esse oneratos; nem-
inem vero in haereticorum catalogo reperiri,
qui iure optimo suum locum obtineat, ac
hostis religionis christiana sit habendus,
quis est, qui salua veritate historica, contendere possit? Sed faciamus, omnes vel ve-
terum vel recentiorum, qui haereticis vulgo
adnumerantur, iniuria affici, peccatne ex-
cusatus vir humanissimus, qui paulo post,
singularis huius humanitatis plane imme-
mor, philosophos, qui, symboli philosophici
auctoritatem spernentes, contra duo illa de-
creta palam disputare audeant, hostes generis

B 3 hu-

¶

humani ac ciuitatis dicere non dubitat? Nos igitur peccamus grauissime, atque iniuria afficiimus alios haud leui, ac digna quae vindicetur, quia nomine vtimur, quo vere vtendum est, noster vero, vbi idem facit non peccat, atque ab omni iniuria quam maxime est alienus. Quis est, qui iudicandi aequitatem, animumque a partium studio et preeonceptis opinionibus remotum hic agnoscat?

V. Pagina 15. et 16. satis lepide ridet eos, qui doctores religionis paclum violantes munere mouendos censem vel alia poena coercendos, „das wollen wir nicht, sagen die Verfechter der Formularen und althervorgebrachten Glaubensreglements; es steht bey euch zu glauben was ihr könnt: nur geht von uns, verlaßt Amt, Einkommen, Haus, Hof und Vaterland, entfagt eurer ganzen bürgerlichen Existenz, sucht euch in den Sandwüsten von Afrika, oder in den noch unbewohnten Inseln des Südmeeres einen Ort aus, wo ihr unangefochten philosophiren, glauben und hungern könnt, so viel euch beliebt, nur verlangt nicht, daß wir euch für Brüder und Mitchristen erkennen, und die bürgerlichen Vortheile, zu denen uns unsre Terminologien und Formulare berechtigen, mit euch theilen, so lange ihr selbst gesteht, daß ihr, als Dissidenten, nicht dazt berechtigt seyd.“) praeter omnem vero expectationem eo delabitur inhumanitatis, vt ipse poenam fisciendam iudicet symbolum suum non seruantibus. p. 28. „Ich trage also kein Bedenken, meinen unmaßgeblichen Rath an den König oder Fürsten, der mich (wider alles Vermuthen) nach 50
Jah-

Iahren etwan über diese Dinge um Rath fragen sollte, noch diesen Artikel hinzuzusetzen: *dass das ungerechte und ärgerliche Disputiren gegen das Daseyn Gottes oder gegen die angenommenen Beweise desselben, wenn man keine bessern zu geben hat, ingleichen das öffentliche Bestreiten der Lehre von der Unsterblichkeit der Seele für ein Attentat gegen die Menschheit, und gegen die bürgerliche Gesellschaft erklärt, und durch ein ausdrückliches Strafgesetz verboten werden sollte.* Die Philosophie hat nützlichere Dinge zu thun, u. f. w. vid. p. 10.

Si nimirum digni videntur, qui poenis et deterrantur et afficiantur ii, qui contradicant philosophiae religiosae locis, quos pro fundamento omnis virtutis ac bonae disciplinae, proque solatiis ac spei fonte uberrimo nostri Anonymus recte quidem habet, nec tamen ita, ut omni illas exceptione maiores, nec a nemine nisi qui aut mente captus sit, aut petulanter malitiosus, in disceptationem vocatos esse demonstravit: quidni aequum ac licitum sit magistratibus christianis exigere promissorum fidem a religionis doctoribus publicis, quos ipsi non adnouerunt ipsis muneribus, nisi ea conditione proposita liberrimeque acceptata; ut docerent populum doctrinac publicae consentanea et abstinerent a contrariis. Nec sane ratio hic potest haberi incommodorum, quae enascuntur fortassis violentibus a se datam fidem, eoque ipso sponte sese abdicantibus munere ista sibi lege demandato; siquidem bonum publicum, quod in effrenata docendi libidine erroribusque vulgo diffundatis maxime pericitatur, emolumentis priuatorum, consensu omnium, est anteponendum.

HUMANISSIMO
HIVVS SCRIPTIVNCVLAE
AVCTORI

S.

D. MICHAEL WEBER.


*Quemadmodum de affiduitate Tva, CARISSIME PFOTEN.HAVERE, quam in scholis meis exegeticis et catecheticis ad hoc usque tempus ante oculos posquam habui, de doctrina, quam, in practicis potissimum, usu atque experientia cognoui, de modestia denique, humanitate morumque honestate, quam cum aliis, tum mihi etiam satis probasti, ego quidem non cupide, sed vere testor: ita hanc ipsam testimonii veritatem PATRI TVO SVMME REVERENDO valde gratulor, TIBI fauissima quaevis et fortunatissima ex animo appreco, ac de spe, quae mihi affulget, fore, ut animus TVVS clementia Serenissimi Principis et munificentia, quam expectas, mox reficiatur exhaltereturque, vehementer laetor. Ita vale, et socios TVOS atque me ipsum amare perge. Scr. Vi- tebergae Id. Aug. o*l*o*l*o CCLXXXIX.*

Wittenberg, Diss., Erg. Bd. 6, 1783/91



56.





1928 K 944
DE
CUPIDITATE WI**
IN SVADENDO SYMBOLO
PHILOSOPHICO.
EXERCITATIO
PHILOSOPHICO - THEOLOGICA
QVAM
VNVS E SOCIETATE CATECHETICA
S V B P R A E S I D I O
D. MICHAELIS WEBERI
THEOL. PROF. PVBL. ORDINARII
STIPENDIAT. ELECTOR. EPHORI
IN ACADEM. VITEBERG.
FLORENTE
PROPONIT AVCTOR
CAROLVS CHRISTIANVS PFOTENHAVER
HERZBERGA - SAXO
THEOLOGIAE CVLTOR.
VITEBERGAE
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.
1989